Struve, Burkhard Gotthelf [Editor]: Acta litteraria ex manuscriptis eruta atque collecta
1.1703, Fasc. 1 Seite p

## PRÆFATIO

*Non quidem vmbram horum me profi-
teor, conari tamen aliqua licebit, & pro
muneris ratione, quædam exponere,
quæ nondum explicata. Cum enim a-
lii in libris editis occuparentur, quod i-
psum quoque fit in conuersationibus lit-
terariis hanc ob causam institutis, admi-
niculantibus clarissimis viris doctissi-
misque, meum erit de manuscriptis age-
re, ita quidem, vt quæ iam ex diuersis
bibliothecis promissa sunt Manuscripta,
primum secundum scriptorum ætatem,
ornatum & statum examinem, inde ex
eodem potiora adducam, si edita, cum
exemplaribus conferam, si nondum edi-
ta, nec adeo magna, inseram, additis v-
bique obseruationibus necessariis. Inse-
rentur quoque epistolæ ineditæ adhuc
clarorum virorum, quorum αὐτόγραφα
plura possideo. Eo autem tendemus,
vt per semestre semper spatium, talis se-*

*ctio*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/acta_litteraria_ex_manuscriptis1703/0016
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG